

nubium obscurantium. Ad quintam de stellis. q. stelle non cadent de celo quantum ad eoz substantiam cum sint incorruptibiles. sed fm apparentiam quia vere stelle abscondent nubium tenuitate. et de nubibus versus terram rescentent exhalationes ignite que dicunt stelle carentes. Cel. vt dicit Albertus magnus. q. stelle dicunt cedere non quantum ad substantiam sua. sed qtu ad casum sue virtutis. qua habent modo. Ad septimam respondet. q. virtutes celoz dicunt moueri quia tunc multa terribilia facient ad terrorem hominu. Nec autem motio in nullo peraradicit statui beatitudinis angeloz vt patet. et ita ratio in nullo procedit.

**De quartam questionem. Qua queritur. Vtrum tempus futuri iudicij potest determinate sciri ab aliquo homine. sic proceditur. Et videtur q. sic. Primo sic. Sicut em sancti patres expectabant pimum aduentum ita nos secundu expectamus. sed sancti patres scierunt tempus aduentus pimi. sicut p numerum hebdomadar que describunt Danielis. ix. ergo videt q. et nobis est possibile scire tempus secundi aduentus determinatum. Secundo sic. Per signa veniemus in cognitione signatoz. sed de iudicio multa signa in hoc euangelio nobis describuntur. ergo in cognitionem illius teporis possumus venire. Tertio sic. Scdm Augustinu in fine te civitate dei. sexta etas currit ab aduentu chrisi vsqz ad finem mundi. sed scitur q. tempus pcedentes etates durauerunt. ergo sciri potest quantum ista etas dura re debeat per comparationem ad alias. Quarto sic. Magnum et paruu duratum et breue relative dicunt de vno per comparationem ad aliud. sed tempus illud qd est ab aduentu chrisi vsqz ad finem mundi dicit esse breue. vtz i. Cor. vii. Tempus breue est. Et in eadem. r. Nos sumus in quos fines seculoz venierunt. Et i. Job. ij. Nouissima hora est. ergo hoc dicitur per comparationem ad tempus pcedens. ergo saltem hoc videtur sciri posse. q. multo breuius est tempus ab aduentu chrisi vsqz ad finem mundi q. a principio mundi vsqz ad christum. In oppositum est illud Math. xxv. De die illa et hora nemo scit nec angeli celoz. Secundo sic. Si deberet aliquibus reuelari. precipue reuelatum fuisset querentibus apostolis qui doctores totius mundi instituebantur. sed eis de finali aduentu domini querentibus responsum e. Act. j. Non est vestrum nosse tempora vel momenta que pater posuit in sua potestate. ergo multominus est alijs reuelatum. Respondeo dicendu sub ista conclusione. q. tempus determinatum futuri iudicij non potest cognosci ab aliquo puro homine. a solo enim deo et ab homine chriso cognoscitur. Probat enim ista conclusio iuxta sanctum Thomam in questionibus de potentia dei. quia duplex est modus quo possumus cognoscere futura. s. p cognitionem naturalem et per reuelationem. Naturali quidem cognitione cognosci non potest determinate finis mundi. quia eius non est alia causa nisi voluntas diuina quam quidem causam naturali cognitione cognoscere non possumus. Per reuelationes vero licet sciri posset si deus vellet reuelare. non tamen congruum esset q. reuelaretur nisi hoi chriso. et hoc q. finis mundi non erit**